

ipsarum parcium curia nostra eis mandavit et fecit mu-
 tuari ad opus dñe cabelle salis salmas ~~et familia~~ ad ge-
 neralem salmam; Ita tamen, quod in fine temporis eius-
 dem cabelle eorum quantitatatem ipsam salis curie nostre
 restituere tenerentur in illis locis, in quibus ipsum recipe-
 rent et eis mutatum esset, et quod de sale ~~ipso~~ quod
 conficeretur et laborabitur et ~~et~~ coagulabitur in salinis
 dictarum parcium tam curie quam privatorum, eme-
 rent et venderent ac emi et vendi facerent in fructibus
 statutis ad venditionem salis per nostram curiam de-
 putatis per totum tempus cabelle eorum illam quan-
 titatem, sive ipsum voluntarie emere volentibus ven-
 di possit, sicut in eisdem paribus tempore quondam
 Frederici olim Romanorum imperatoris iuxta statutum
 curie sal emi et vendi per curiam consuevit, tam
 infra quam extra regnum; et non venderent nec
 vendi facerent sal toto tempore cabelle eorum
 pro minori precio, quam ut dictum est, tempore
 dicti quondam imperatoris iuxta statutum curie
 vendi per curiam consuevit, sub pena furti ad
 suam, si ipsum pro minori precio venderent vel
 vendi facerent, nostre curie tenerentur; et quod resi-
 duum totius salis, quod remanserit tam in
 salinis curie et privatorum quam in fructibus
 ipsarum parcium de sale, quod laborabitur conficeretur et
 coagulabitur tempore cabelle eorum, nostre curie remaneret
 statim completo tempore cabelle eorum, Ita tamen, quod
 curia nostra eis deduci faceret de summa cabelle dñe salinae